

A. I *PARVA NATURALIA* DI ARISTOTELE E ALTRE OPERE ARISTOTELICHE CORRELATE

I. *Parva naturalia* di Aristotele

1. De sensu et sensato

2. De memoria et reminiscentia

3. De somno et vigilia

4. De insomniis

5. De divinatione per somnum

“De somno et vig.”
nelle traduzioni
latine medievali

contenuti nella traduzione araba,
nell’Epitome di Averroè
e nel *Corpus Vetustius*

Parva nat. 1 (“psicologici”)

6. De longitudine et brevitae vitae

7. De iuventute et senectute

8. De vita et morte

9. De respiratione

non contenuti nella traduzione araba
e nell’Epitome di Averroè,
originariamente tradotti in latino
ma non più disponibili per i lettori
nel *Corpus Vetustius*

contenuti
the *Corpus
Recentius*

Parva nat. 2 (“fisiologici”)

II. Opere di Aristotele correlate ai *Parva naturalia*

IIa. Conservate

10. De motu animalium

11. De incessu animalium

non tradotti in arabo, in generale non
accessibili in latino prima della
costituzione del *Corpus Recentius*

IIb. Perdute?

12. περὶ νόσου καὶ ὑγείας

13. περὶ τροφῆς

III. Opere di altri autori correlate ai *Parva naturalia*

14. Qusṭā ibn Lūcā, De differentia spiritus et animae

* *Corpus Vetustius* = collezione di tradizioni greco-latine e arabo-latine costituita nei primi decenni del XIII secolo e comprendente la Metafisica e la maggior parte dei Libri naturales di Aristotele oltre alcuni scritti pseudo aristotelici; *Corpus Recentius* = collezioni di traduzioni greco latine delle opere di Aristotele costituita nell’ultimo quarto del XIII secolo e composta delle revisioni o nuove traduzioni di Guglielmo di Moerbeke.

B. LA STRUTTURA DEL *CORPUS* DELLE OPERE BIOLOGICHE DI ARISTOTELE: ALCUNI MODELLI MEDIEVALI¹

Avicenna	Averroes, <i>Meteora</i>	Guide de l'étudiant ca. 1240?	Robert Kilwardby <i>De ortu scient.</i> ca. 1250	Bocfeld, <i>De anima</i> e <i>De sensu</i> , ca.1240-50	Alberto Magno <i>Physica</i> , ca. 1250	Effettiva successione delle opere di Alberto ca. 1250- 1260	Thomas Aquinas <i>De sensu</i> ca. 1268
<i>Lib. VI</i> <i>Nat.</i> ≈ <i>De</i> <i>anima</i>	<u><i>De veg.</i></u>	<u><i>De veg.</i></u> - <i>De morte et vita</i> (= <i>De long. et brev. vitae</i>)	<i>De anima</i> (+ duo capitula <i>De memoria</i>) (priorità logica delle opere psicologiche è probabile secondo Kilwardby)	<i>De anima</i> (la priorità logica delle opere psicologiche è una possibile alternative secondo Bocfeld)	<i>De anima</i>	<i>De anima</i>	<i>De anima</i>
			libri ad evidentiam tractatus <i>De anima</i> : - <i>De sensu</i> - <i>De somno</i> - <i>De morte et vita</i> (= <i>De long. et brev. vitae</i>)	cui subalternantur - <i>De sensu</i> - <i>De memoria</i> - <i>De somno</i> - <i>De morte et vita</i> (= <i>De long. et brev. vitae</i>) - <i>De iuvent.</i> (non tradotto secondo Bocfeld) - <i>De respir.</i> (not tradotto secondo Bocfeld)	- <i>De causa vitae et mortis</i> (= <i>De long. et brev. vitae</i>) - De nutr. - <i>De somno</i> - <i>De sensu</i> - <i>De memoria</i> - De motibus anim. - <i>De respir.</i> (+ adminiculum: <u><i>De diff. spir. et an.</i></u>) - De intellectu et int.	- De nutr. - <i>De sensu</i> - <i>De memoria</i> - De intellectu et int. (Lib. I) - <i>De somno</i> - De spiritu et resp. - De motu animalium - <u>De aetate sive de iuvent.</u> - <i>De morte et vita</i> (= <i>De long. et brev. vitae</i>)	- <i>De sensu</i> - <i>De memoria</i> - <i>De somno</i> - <u><i>De motu animalium</i></u> - <u><i>De progressu animalium</i></u> - <u><i>De morte et vita</i></u> - <u><i>De respir.</i></u> - <u><i>De iuventute</i></u> - <i>De causis long. et brevitatis vitae</i> - DE SANITATE ET AEGRITUDINE (not tradotto secondo Tommaso) - DE NUTR. ET NUTRIBILI (non tradotto secondo Tommaso) (secondo Tommaso Aristotele non ha scritto un trattato sull'intelletto; se l'avesse scritto, sarebbe stato un'opera di metafisica)
<i>Lib. VII</i> <i>Nat.</i> ≈ <i>De veg.</i>	<i>De animal.</i>	<i>De animal.</i> - <i>De somno</i> - <i>De sensu</i>	<u><i>De veg.</i></u>	<u><i>De veg.</i></u>	<u><i>De veg.</i></u>	<u><i>De veg.</i></u>	<u><i>De veg.</i></u> (scritto da Teofrasto., non da Aristotele secondo Tommaso)
<i>Lib. VIII</i> <i>Nat.</i> ≈ <i>De animal.</i>	<i>De anima</i>	<i>De anima</i>	<u><i>De animal.</i></u>	<u><i>De animal.</i></u>	<u><i>De animal.</i></u>	<u><i>De animal.</i></u>	<u><i>De animal.</i></u>

¹ In questa tavola le diverse forme grafiche sono utilizzate come segue: (i) sottolineatura semplice = opera pseudoepigra, (ii) grassetto (nella lista delle opere di Alberto) = trattato (non commento ad un'opera aristotelica); (iii) sottolineatura doppia (nella lista delle opere di Tommaso) = opera aristotelica contenuta nel “Corpus Recentius”, non nel “Corpus Vetustius”; (iv) maiuscoletto = opera di Aristotele perduta (?); (v) sottolineatura discontinua = opera di Alberto non menzionata nella lista del commento alla *Fisica*.

Avicenna	Averroes, <i>Meteora</i>	Guide de l'étudia nt ca. 1240?	Robert Kilwardby <i>De ortu scient.</i> ca. 1250	Bocfeld, <i>De anima e De sensu,</i> ca.1240-50	Alberto Magno <i>Physica</i> , ca. 1250	Effettiva successione delle opere di Alberto ca. 1250-1260	Tommaso d'Aquino <i>De sensu</i> ca. 1268
	- de sensu - de somniis, - de reminiscentia - de motu locali animalium - de accidentibus quae insunt animalibus (somnus, vigilia, iuventus, senectus, mors, vita, SANITAS, AEGRITUDO)					<i>De princ. motus processivi</i> (= commento a <i>De motu animal.</i>) A un certo punto concepito come lib. XXII del <i>De animal.</i>	

C. TESTI

1. Arist., *De anima* I.2 c.2 (413a20-25; trad. Shields p. 24): We say, then, taking up the beginning of the inquiry, that what is ensouled is distinguished from what is not ensouled by living. But living is spoken in several ways. And should even one of these belong to something, we say that it is alive: reason, perception, motion and rest with respect to place, and further the motion in relation to nourishment, decay and growth.

2. Arist., *De anima* I.1 c.1 (403 a 3-28; trad. Shields 2016, p. 2-3): There is also a puzzle about the affections of the soul, concerning whether all are common to what has the soul as well or whether there is something peculiar to the soul itself. This is necessary to grasp, but not easy. It seems that in most cases the soul neither is affected nor acts without the body, as, for instance, with being angry or confident or appetitive, or, generally, with perceiving (...) And it would seem that all the affections of the soul involve the body – anger, gentleness, fear, pity, courage, as well as joy, and loving and hating (...) And for these reasons, a consideration of the soul, either all souls or this sort of soul, is already in the province of the natural scientist.

3. Arist., *De sensu et sens.* c.1 (436 a 1 – b 3; transl. Beare / Ross 1931): Having now definitely considered the soul, by itself, and its several faculties, we must next make a survey of animals and all living things, in order to ascertain what functions are peculiar, and what functions are common, to them (...) The most important attributes of animals, whether common to all or peculiar to some, are, manifestly, attributes of soul and body, in conjunction (...) That all the attribute above enumerated belong to soul and body in conjunction, is obvious; for they all either imply sensation as a concomitant, or have it as their medium (...) Now it is clear, alike by reasoning and observation, that sensation is generated in the soul through the medium of the body.

4. Arist., *De anima* I.3 c.4 (429 a 18-27; trad. Shields p.59): It is necessary, then, since it reasons all things, that it be unmixed (...) for the interposing of anything alien hinders and obstructs it. Consequently, its nature must be nothing other than this: that it be potential. Hence, that part of the soul called reason (and by reason I mean that by which the soul reasons and conceives) is in actuality none of the things which are before it reasons; nor is it, accordingly, reasonable for it to be mixed with the body, since then it would come to be qualified in a certain way, either cold or hot, and there would be an organ for it, just as there is for the perceptual faculty. As things are, though, there is none.

5. Arist., De anima I.1 c.1 (403 a 3-28; trad. Shields 2016, p. 2-3): (...) Reasoning, however, would seem most of all to be peculiar to it, but if this is a sort of imagination, or not without imagination, it would not be possible for even this to be without the body. If, then, some one of the functions or affections of the soul is peculiar to it, it would be possible for the soul to be separated; but if there is nothing peculiar to it, it would not be separable (...)
6. Avic. Lat., Liber de anima, I, 1, ed. Van Riet 1972, p. 26, l.24 – p. 27, l. 34: Dicemus igitur quod, cum nos scierimus animam esse perfectionem, quacumque declaratione aut differentia designaverimus perfectionem, non dicemus nos tamen adhuc propter hoc scire animam quid sit, sed sciemus eam secundum quod est anima. Hoc enim nomen anima non est indutum ei ex sua substantia, sed ex hoc quod regit corpora et refertur ad illa, et idcirco recipitur corpus in sui definitione, exempli gratia, sicut opus accipitur in definitione opificis, quamvis non accipiatur in definitione eius secundum hoc quod est homo. Et ideo tractatus de anima fuit de scientia naturali, quia tractare de anima secundum hoc quod est anima, est tractare de ea secundum quod habet comparationem ad materiam et ad motum.
7. Avic. Lat., Liber de anima, ed. Van Riet 1972, p. 10, ll. 16-21: Post haec autem remansit de scientia naturali ut considerarem de rebus vegetabilibus et animalibus: sed quia vegetabilia et sensibilia sunt ea quorum essentiae constituuntur ex forma quae est anima, et ex materia quae est corpus et membra, sed cognitio quae melior habetur de his est illa quae habetur de forma eorum, ideo elegimus prius loqui de anima.
8. Aver., In Meteora, I (Venetiis 1562, f. 404ra, repr. Frankfurt a. M. 1962): Post hoc autem considerat (*sc.* Aristoteles) de vegetabilibus in libro distincto. Cum autem complevit hoc, ibidem processit in consideratione de animalibus simpliciter, et de omnibus rebus, quae inveniuntur in eis de anima, et de corpore, et de accidentibus (...) Ordo autem istorum librorum manifestum est quod debet esse talis. Nam liber, in quo loquitur de membris animalium, et eorum utilitatibus praecedet librum de Anima. Nam haec sunt materiae animae.
9. Aver., In Meteora, I (Venetiis 1562, f. 404ra, repr. Frankfurt a. M. 1962): Consideratio autem de anima, et de partibus eius est in libro de Anima. Ipse (*sc.* Aristoteles) etiam loquitur de sensatis, et sensibus, et differentiis eorum ultimis, et hoc in libro de Sensu, et Sensato. Nam illa, quae declarata sunt de hoc in libro de Anima, sunt res universales. Et similiter loquitur de reliquis potentiis particularibus, quae inveniuntur, animae, de somniis, et reminiscencia in tractatu separato. Locutus est etiam in tractatu separato de motu locali animalis, et dicit ea, quibus iste motu perficitur. Nam iam declarata est in libro de Anima potentia, per quam fit iste motus. Et universaliter iste investigat de accidentibus, quae insunt animali, in eo quod animal, sicut somnus, et vigilia, et iuventus, et senectus, et inspiratio, et mors, et vita, et sanitas, et aegritudo.
10. Le “Guide de l’étudiant”, ed. Lafleur-Carrier 1992, p. 49, § 67 – p. 50, § 71: Est aliud corpus compositum ex materia et forma que est substantia et motor. Hec autem substantia est anima, cuius sunt tres species: una est uegetabilis, de qua et suo perfectibili agitur in libro *De generationibus* uel *De plantis* (...) alia est anima sensibilis, de qua et suo perfectibili agitur in libro *De animalibus* (...) Tertia species est anima rationalis, de qua et suis operationibus agitur in libro *De anima*. Unde si de aliarum operationibus ibi agitur, hoc est in quantum sunt principia operationum anime rationalis. De complexionem uero illius corporis in quo est anima rationalis agit proprie medicina. Sunt autem alii libri particulares et subalternati in quibus agitur de diuersis passionibus uel operationibus anime cum corpore secundum diuersas proprietates quas recipit anima a corpore in mouendo uel econuerso. Suscipit enim anima in mouendo corporis fatigationem et huiusmodi et etiam totum compositum, et non solum a motu suo, sed etiam a calore consumente continue humidum naturale, quod est uite principium. Et hoc modo liber *De morte et uita*; et ille sumitur proprie a parte anime uegetatiue. Item, anima fatigatur propter motum suum in corpore, et ideo necesse est quiescere et dormire propter suam uexationem (...) Et secundum hoc est liber *De sompno et uigilia* (...) Et iste sumitur proprie a uirtute anime sensitiue quantum ad communem particulam que dicitur sensus communis. Item, secundum diuersas passiones factas in propriis sensibus est traditus liber *De sensu et sensato* (...) Sumitur autem iste liber ex parte anime quantum ad sensus proprios. Item, ex parte anime rationalis sunt proprietates quedam ultra naturam intelligendi: et reminisci et memorari. Et secundum hoc est liber *De memoria et reminiscencia*, qui contrahatur tertio libro *De anima*.

11. Adam de Bocfeld, *Sententia super De anima*, ms. Oxford, Bodleian Library, Can. Misc. 322, f. 1ra: (...) Sciendum quod de anima, quamvis non sit contenta sub corpore mobili, quod est subiectum in naturali philosophia tamquam pars eius subiectiva, et ideo posset aliquis videre quod consideratio de anima non pertineret ad naturalem, est tamen principium et pars essentialis corporis mobilis animati, secundum quod scientia de anima est pars philosophie naturalis sicut anima est pars corporis animati (...) Sciendum est etiam quod, quamvis anima ad minus intellectiva secundum suam substantiam puram sit separata a motu et a materia, et ita magis de consideratione methaphisici quam phisici, secundum tamen substantiam suam naturalem et hoc quod est, id est secundum quod est principium corporis aliquo modo transmutabilis, [et] hoc modo consideratio de anima pertinet ad naturalem.

12. Adam de Bocfeld, *Sententia super De sensu et sensato*, ms. Oxford, Balliol Coll., 313, f. 132ra: Liber autem *De vegetabilibus* forte habet ordinari immediate post librum *Meteororum* et ante librum *De animalibus*. Cum enim in ultima parte libri *Meteororum*, ibi scilicet: *Terra pura lapis non fit*, determinetur in particulari de hiis que generantur in ventre terre, ut de mineralibus, consequenter in libro *De vegetabilibus* et *De animalibus* restat determinare in particulari de hiis que generantur super terram, ut de plantis et animalibus. Alia tamen necessitate posset dici quod liber *De vegetabilibus* et *De animalibus* habet ordinari post librum *De anima* et libros ei subalternatos, et hoc quia anima est principium tam plantarum quam animalium.

13. Adam de Bocfeld, *Sententia super De sensu et sensato*, ed. R. A. Gauthier 1985, p. 118*: <i> Cum intencio phisici secundum quod phisicus sit determinare de anima secundum quod est actus corporis et de corpore cuius est actus, ut prehabitu est in diuisione naturalis philosophie, et quedam sunt operationes communes anime et corpori, ut scilicet sentire, memorari, irasci et cetera huiusmodi que enumerat, sine quorum cognitione non potuit compleri consideratio de anima, necesse habuit phisicus de hiis operationibus consideracionem facere, quod facit in isto libro quem pre manibus habemus, scilicet in libro *De sensu et sensato*, et in quibusdam aliis libris sequentibus, ut in libro *De memoria et reminiscencia*, *De somno et uigilia*, *De morte et uita*, et forte in pluribus aliis libris quibus nos caremus, ut in libro *De iuuentute et senectute*, *De inspiratione et expiratione*, qui nondum peruenerunt ad nos. <ii> Ordo autem istorum librorum libro *De anima* subalternatorum patet per ipsum Aristotelem, scilicet quod immediate post librum *De anima* habet ordinari liber *De sensu et sensato*, quod patet per hoc: ipsemet continuando se continuat hunc librum ad librum <*De anima*>, dicens (...); post autem librum istum habet ordinari liber *De memoria et reminiscencia*, quod patet per epilogum istius libri (...); liber etiam *De somno et uigilia* habet ordinari ante librum *De morte et uita*, quod patet per hoc quod dicit in principio *De morte et uita* (...).

14. Alb., *Physica* I.1 tr.1 c.1, ed. Colon. t.4 p.1, 9-42: Intentio nostra in scientia naturali est satisfacere pro nostra possibilitate fratribus ordinis nostri nos rogantibus ex pluribus iam praecedentibus annis, ut talem librum de phisicis eis componeremus, in quo et scientiam naturalem perfectam haberent et ex quo libros Aristotelis competenter intelligere possent (...) Erit autem modus noster in hoc opere Aristotelis ordinem et sententiam sequi et dicere ad explanationem eius et ad probationem eius, quaecumque necessaria esse videbuntur, ita tamen, quod textus eius nulla fiat mentio (...). Taliter autem procedendo libros perficiemus eodem numero et nominibus, quibus fecit libros suos Aristoteles. Et addemus etiam alicubi partes librorum imperfectas et alicubi libros intermissos vel omissos, quos vel Aristoteles non fecit vel forte si fecit, ad nos non pervenerunt.

15. Alb., *Physica*, I, 1, c.4, ed. Colon. t.4,1, p.7, 1.8-18: Sed scientia de animatis habet duas partes. Cum enim anima sit principium animatorum et principium oporteat cognoscere ante principiatum, oportet haberi scientiam de anima antequam habeatur scientia de corporibus animatis. Scientia autem de anima duas necessario habet partitiones, quoniam aut est de ipsa anima et potentiis sive partibus eius aut scientia de operibus animae, quaecumque habet in corpore, et de passionibus eius, quas patitur in corpore, et scientia quidem de anima secundum se et potentias eius habet tradi in libris DE ANIMA dictis.

16. Alb., *De anima*, I. tr. 1, c. 1, ed. Colon. t. 7,1, p. 1, 1.30 – p.2, 1.26: Licet igitur anima et opera eius et passiones non sint corpus mobile, quod subiectum est philosophiae naturalis, est tamen anima principium essenziale talis corporis cuiusdam, et ideo in scientia naturali oportet inquiri de ipsa. Et hoc quidem de vegetativa et sensitiva non habet dubitationem, de rationali autem fortasse videtur alicui esse non verum, quod ipsa sit corporis animati principium et forma, eo quod principia et formae corporum operationes habent, quas non explent nisi per corporum motus et operationes, sicut visus non videt sine oculo neque vis ambulativa ambulat sine pedibus. Vires autem rationalis

animae operantur sine aliquo corporis instrumento, propter quod et circa omnia universaliter operantur; intellectus enim de omnibus intelligit, et ratio de omnibus ratiocinatur, et voluntas libera est convertendi se, ad quod voluerit; et hanc generalitatem et libertatem non habet aliquod principiorum neque aliqua formarum vel virium corpori affixarum et obligatarum. Videtur ergo rationalis anima cum suis viribus non esse principium et forma vel perfectio, quam endelechiam Graeci vocant, alicuius corporis vel partis corporis esse; et sic non pertinere ad physicum tractare de ipsa. Sed intelligendum est animam rationalem esse in corpore hominis et esse perfectionem suam, secundum quod est homo. Et secundum quod est hominis perfectio, non habet affixionem cum hominis aliqua parte, sed potius in eo quod libere et universaliter intelligit et vult, dividitur ab omnibus aliis cum quibus in natura generis communicat, et in quantum talis anima perfectio est huius animati, venit in considerationem naturalis philosophi.

17. Alb., *De anima*, III, tr. 2, c. 12, ed. Colon. t. 7,1, p. 193, l. 1-60: Dicimus igitur animam illam quae perfectio hominis est et rationalis vocatur, esse quoddam totum et esse quandam essentiam incorpoream, in animae potestate completam; et ideo habet in se potestatem vitae sensitivam et potestatem vitae vegetativam et potestatem agendi opera vitae intellectivae, et ipsa est una in substantia, uniens in se omnes istas potestates naturales sibi; et hoc licet saepe SUPRA probatum sit, tamen adhuc volumus hoc INFERIUS certius et fortius ostendere, eo quod super hoc multa de solutione dubiorum introductorum nobis videntur esse fundata. Haec igitur substantia habet quasdam potestates ex ipsa fluentes, quae sunt virtutes in corpore et quasdam, quae non sunt virtutes in corpore; et hoc convenit ei ex hoc quod ipsa est inter omnes naturales formas propinquior et similior intelligentiae et ideo multas habet virtutes intelligentiae separatae convenientes (...) Licet autem sic dicamus intellectum esse separatum, tamen anima est coniuncta per alias virtutes suas, quae sunt naturales sibi, in quantum est perfectio corporis, et ideo licet intellectus secundum se sit separatus, tamen intellectus est potentia coniuncti, quoniam est potestas animae, quae secundum potentias quasdam coniungitur corpori. Omne autem tale quod est coniuncti et non est eius, secundum quod est coniunctum, licet non communicet corpori, tamen ommunicat communicanti corpori. Et hoc est quod SUPRA diximus, quod intellectus communicat non corpori, sed potestati, quae communicat corpori, scilicet phantasiae et imaginationi et sensui; et ideo secundum veritatem anima est una numero et efficitur una numero, quia per naturales potestates communicat corpori. Quia tamen in essentia sua et perfectiori potestate non communicat corpori, ideo habet potestates absolutas a corpore.

18. Anon., *Philosophica disciplina*, ed. Lafleur 1988, p. 263, l. 127 – p. 264, l. 150: (...) Si de anima, tunc est liber *De anima* cum aliis libris partialibus sibi coniunctis qui <sunt> de proprietatibus et passionibus consequentibus ad animam prout constituit animal. Isti autem libri possunt sic separari: aut enim est determinatio de anima aut de eius obiectis et potentiis et operibus; aut de aliquibus passionibus consequentibus ipsum animal mediante anima. Si primo modo, sic est liber *De anima* et liber *De sensu et sensato*, qui sic distinguuntur: aut enim consideratio <fit> de anima et obiectis et instrumentis in quantum comparantur ad uirtutem, scilicet quod obiectum agit in organum et organum perficitur per obiectum, et sic determinatur in libro *De anima*; aut fit consideratio de ipsis obiectis et instrumentis absolute quo ad id quod sunt, non in quantum unum agit in aliud et aliud perficitur per aliud, et sic determinatur in libro *De sensu et sensato* (...) Nec etiam determinatur in libro illo de obiecto intellectivae nec uegetativae. Intellectivae non, cum eius obiectum sit uniuersale, de quo ad methafisicum pertinet determinare an sit substantia uel accidens, cum consideret ens absolute et proprietates entis (...); nec de instrumento, cum non habeat instrumentum. De obiecto autem uegetativae non habet determinare separate a libro *De anima* et *De uegetabilibus*, – licet de obiecto sensitivae <determinetur separate> – , et hoc cum sit innobilius nec tanta egeat perscrutatione.

19. Alb., *De nutrimento et nutr.*, tr. 1, c. 3. Ed. Colon. t. 7,2A p. 6 l. 9-14: Nunc igitur restat investigare quo modo fiat nutrimentum. Et oportet nos esse contentos modis communibus, quoniam per singula non potest modus nutritionis sciri nisi cognoscantur naturae corporum nutritorum per singula.

20. Alb., *De animal.*, XI, tr. 1 c.1, ed. Stadler 1916, p.763, l.25 – p. 764, l.14: Multa enim accidentia sunt communia pluribus animalibus, duae secundum genus conveniunt eis, quamvis ipsa animalia sint diversorum generum subalternorum : qualia accidentia sunt somnus et vigilia, quae conveniunt generibus animalium, sicut gressibili et volatili et natatili et reptili, quae subalterna sunt generi communi, quod est animal, secundum quod animal est substantia animata sensibilis : et tales scientias de communibus animalibus et accidentibus iam in libris naturalibus exsequuti sumus, ubi exsequuti sumus crementum et corruptionem et vitam et mortem et inspirationem et huiusmodi accidentia animalium: et cum illis etiam tradidimus de aliis accidentibus, quae non solius sunt corporis, sed etiam animae, quae sunt de scientia sensuum et sensibilibus et aliis huiusmodi, sicut de motibus animalium et memoria et omnibus talibus. Tamen sermo habitus de tali modo scientiae animalium in communi, quantum ad istam doctrinam in qua modo sumus, latens est et non manifestus neque determinatus. Latentem autem dico in principiis in illis libris positus, quae nimis sunt communia ad hanc scientiam de naturis particularium animalium. Non manifestum autem voco in scientia conclusionum, quoniam scire in universali naturas rerum non est scire eas nisi in potentia, eo quod est huiusmodi sermo doctrinae

indeterminatus et non appropriatus naturis animalium propriis et accidentibus eorum. Sic igitur manifestum est quod oportet nos hic scientiam aliam inducere, quae sit per propria singulis convenientia, quia aliter doctrina naturarum a nobis non erit perfecte tradita.

21. Thom. de Aq., Sententia libri De sensu et sens., S. Thom. de Aq. Opera Omnia, t. 45,2, p.4 ll.31 – 47: Unde et scientiam naturalem incepit tradere ab hiis que sunt communissima omnibus naturalibus, que sunt motus et principia motus, et deinde processit per modum concretionis siue applicationis principiorum communium ad quedam determinata mobilia, quorum quedam sunt corpora uiuencia. Circa que etiam simili modo processit, distinguens hanc considerationem in tres partes: nam primo quidem considerauit de anima secundum se quasi in quadam abstractione; secundo uero considerationem facit de hiis que sunt anime secundum quandam concretionem siue applicationem ad corpus, set in generali; tertio considerationem facit applicando omnia hec ad singulas species animalium et plantarum, determinando quid sit proprium uniuscuiusque speciei.

22. Thom. de Aq., Sententia libri De sensu et sens., S. Thom. de Aq. Opera Omnia, t. 45,2, p.5, ll. 68-83: Horum autem intellectus quidem nullius partis corporis actus est, ut probatur in III De anima; unde non potest considerari per concretionem uel applicationem ad corpus uel ad aliquod organum corporeum: maxima enim eius concretio est in anima, summa autem eius abstractio est in substanciis separatis; et ideo preter librum De anima Aristoteles non fecit librum de intellectu et intelligibili (uel, si fecisset, non pertineret ad scientiam naturalem, set magis ad methaphisicam, cuius est considerare de substanciis separatis). Alia uero omnia sunt actus alicuius partis corporis et ideo potest eorum esse specialis consideratio per applicationem ad corpus uel organa corporea, preter considerationem que habita est de ipsis in libro De anima.

23. Alb., De spiritu et respir., I, tr. 1, c. 1, ed. Borgnet, t.9, p. 215a: Quintum etiam modum multi adducunt, scilicet quod opus per se totum sit animae, sed tamen per alterum accipiat vel uniatur corpori, sicut est intelligere omne opus animae et corpori. Dico autem intelligere mortalium quod est cum continuo et tempore. Hoc enim licet sit secundum se animae, et secundum separatam potentiam ipsius, quae nullius partis corporis est actus, tamen quia species intelligibiles non abstrahuntur nisi a corporeis organis, per aliud a se, hoc est, per imaginationem a qua abstrahit, tangit corpus et utitur eo : sed actus ejus nec incipit in corpore, nec terminatur in ipso.

24. Adam de Bocfeld, Super De anima I, ms. Oxford, Bodleian Library, Canon. Misc. 322, ff. 3va-4ra: (...). Tertio cum dicit: Si autem, ostendit quod universaliter omnes passiones anime sunt communes anime et corpori, et primo ostendit hoc de illa passione de qua maxime est dubium, que est intelligere, secundo, ut ibi: Videtur autem, ostendit idem de aliis, de quibus magis manifestum est. Quod autem intelligere sit passio communis ostendit sic: si intelligere aut est ymaginatio quedam aut non est sine ymaginatione, intelligere non inest anime preter communicatione cum corpore. Sed quod intelligere non sit preter ymaginatione ostendetur infra, et quia ostensio eius non completur antequam ostensum sit intelligere non esse sine ymaginatione, propter hoc, relinquens illud quasi dubium, concludit (...). Substantia anime intellective habet unum modum intelligendi quia non intelligit nisi mediante ymaginatione ; hoc enim modo intelligit intellectus materialis dum est in corpore, et hoc modo intelligere est de consideratione phisici. Si autem anima habeat alium modum intelligendi quo intelligit substantias separatas, ad illud intelligere non indiget ymaginatione nec est illud intelligere de consideratione phisici. Nec est propter hoc dicendum quod intellectus agens non sit de consideratione phisici. Si enim vocamus intellectum agentem intellectum abstrahentem formam a condicionibus materialibus sub quibus est in ymagine, sic est intellectus agens de consideratione phisici nec potest hoc facere sine aliqua virtute corporali. Si autem intelligamus intellectum agentem intellectum actu et semper agentem, sic non est intellectus agens de consideratione phisici, sed magis metaphisici. De hoc etiam intelligere quod est de consideratione phisici vult Commentator quod non insit anime nisi dum est in corpore. Et quamvis ipsum immediate non indigeat instrumento corporali nec immediate habeat coniunctionem cum corpore, indiget tamen aliquo quod habeat coniunctionem cum corpore, ut ymaginatione.

25. Alb., De intellectu et intell., I, tr. 1, c. 1, ed. Colon. t. 7,2A in preparazione (= ed. Borgnet, t. 9, p. 478a): Sed quia nequaquam interpretatio somnii et natura eius bene determinabilis est nisi prius scito de intellectu et intelligibili, ideo oportet nos hic interponere scientiam de intelligibili et intellectu, licet intelligere animae humanae sit proprium praeter corpus. Attendimus enim, sicut saepe protestati sumus, principaliter facilitatem doctrinae ; propter quod magis sequimur in tractatione librorum naturalium ordinem quo

facilius docetur auditor quam ordinem rerum naturalium. Et hac de causa non tenuimus in exsequendo libros ordinem quem praelibavimus in prooemiis nostris, ubi divisionem librorum naturalium posuimus.

26. Alb., De intellectu et intell., II, c. 12, ed. Colon. t. 7,2A, in preparazione (= ed. Borgnet t. 9 p. 520a): Substantia autem divinum habens esse et operationem non indiget aliquo; igitur anima sic reducta de cetero sensibus et materia corporis non indiget, eo quod materialia et instrumentalia organa non accepit secundum naturam nisi ad hoc quod in esse divinum reduceretur; stat igitur substantiata et formata in esse divino et et operatione perfecta, et hoc vocaverunt philosophi radicem alterius et immortalis vitae, per quam vere probatur animae humanae immortalitas.

27. Alb., De natura et origine animae, tr. 1, c. 1, ed. Colon. t.12, p. 3, ll.7 – 17: De anima quidem, secundum quod est perfectio corporis, et de partibus eius, secundum quas est actus corporis, et de intellectu, secundum quem nullius partis corporis est actus, similiter autem et de passionibus et operibus animae et corpori communibus iam in libris de anima et de operibus animae determinatum est a nobis. De natura autem animae et substantia secundum seipsam et partibus eius, quas secundum seipsam habet, et de passionibus eius et operibus et statu, quae conveniunt ei secundum seipsam, in hoc libro est investigandum.

28. Alb., De animal., XXI, prol. (prima red.), ed. Colon. t. 12, p. 1,13-2,87: ... Videtur autem nobis imperfecta adhuc esse doctrina, eo quod ea quae particulariter et sparsa dicta sunt, ad communia non sunt reducta et ex communibus iterum divisione congrua non sunt in propriis naturis determinata. Sic enim perfecta doctrina animalium sufficiens esse videbitur... Quod autem ante omnia alia determinandum est, est de natura animarum animalium, de quibus nil omnino determinatum est, nisi qualiter quaedam educuntur de materia in generatione et qualiter quaedam sunt ab extrinseco materiae... Et omnino oportet inquirere differentias animae et naturae et differentias animarum ad invicem, non solum secundum generationem earum, sed etiam secundum esse, quod habent in animalibus, secundum quod sunt principia motus et immobilitatis et sensus et cognitionis cuiuscumque... Si autem quoddam est animal quod habet animam separatam, potissimum hoc oportet inquirere, qualiter hoc contingit, quod forma separata constituit animal illud et ad quid huiusmodi animal et usquequo et quantum utitur corpore et utrum secundum unam et eandem rationem talis anima perfectio est corporis, secundum quam et aliae animalium animae corpora animalium perficiunt. Non sufficit, quod de hoc in libro De anima diximus... Si autem est separata anima et subsistere habens sine corpore, ut perfectior sit doctrina, oportet quaerere, quis est status eius et operatio sine corpore... Si enim omnis status corporis cognoscendus est in scientia animalium, dignius oportet cognoscere in eadem scientia omnem statum animarum...

29. Alb., De natura et origine animae, tr. 1, c. 1, ed. Colon. t.12, p. 44, l.15-20: De his tamen omnibus primi philosophi determinare est opus. Sed in eis quae hic diximus, cum naturalibus metaphysica composuimus, ut perfectior sit doctrina et facilius intelligantur ea quae dicta sunt; haec enim est consuetudo nostra in toto hoc physico negotio.

D. STRUCTURA E CONTENUTO DELLA SECONDA PARTE DELLA SCIENZA DELL'ANIMA SECONDO ALBERTO (*ACTIONES ET PASSIONES ANIMAE*)

SECONDO IL MODELLO DEL COMMENTO ALLA FISICA (I, 1, 4)	SECONDO L'EFFETTIVA SUCCESSIONE DELLE OPERE DI ALBERTO
I. Piante e animali:	
Activities of the soul that are produced in the body by the <i>soul in itself</i> , without the mediation of a soul power: DE LONGITUDINE ET BREVI-TATE VITAE	
Activities of the <i>vegetative power</i> : DE NUTRIMENTO ET NUTRITO	Piante e animali: attività della potenza vegetativa (nutrizione, aumento, riproduzione): TRATTATO DE NUTRIMENTO ET NUTRITO
II. Animali:	
Attività della potenza sensitiva:	
come principio della percezione in relazione al soggetto percipiente: 'DE SOMNO ET VIGILIA' (= De somno, De insomniis, De divinatione)	
come principio della percezione in relazione agli oggetti della percezione: DE SENSU ET SENSATO	Animali: attività dei sensi esterni (percezione sensibile): COMMENTARY ON DE SENSU ET SENSATO
come principio della percezione in relazione alle rappresentazioni conservate nell'anima di oggetti percepiti nel passato: DE MEMORIA ET REMINISCENTIA	Animali perfetti (memoria); esseri umani (reminiscenza): attività dei sensi interni in sé stessi [memoria] o in quanto subordinati alla potenza intellettuale [reminiscenza]: COMMENTO A DE MEMORIA ET REMINISCENTIA
	Esseri umani: attività della potenza intellettuale: TRATTATO DE INTELLECTU ET INTELLIGIBILI
	Animali (sonno); animali perfetti (sogno); esseri umani (divinatione): attività dei sensi interni in sé stessi (sonno, sogno) o in cooperazione con la potenza intellettuale (divinatione): COMMENTO A 'DE SOMNO ET VIGILIA' (= De somno, De insomniis, De divinatione)
	Piante e animali (movimento locale degli spiriti vitali); animali dotati di polmoni (respirazione): Attività dell'anima in sé stessa, senza la mediazione delle potenze dell'anima (movimento locale degli spiriti vitali): TRATTATO DE SPIRITU ET RESPIRATIONE
Come principio del movimento locale	
Movimento locale degli animali, contrazione e dilatazione del corpo animale: DE MOTIBUS ANIMALIUM	Animali: attività dei sensi interiori (presenti solo in modo imperfetto negli animali imperfetti) e della potenza appetitiva (movimento locale negli animali perfetti; contrazione e dilatazione del corpo negli animali imperfetti); attività dei sensi interni, della potenza intellettuale e della potenza intellettuale (movimento locale negli esseri umani): TRATTATO DE MOTIBUS ANIMALIUM
Respiratione: DE RESPIRATIONE	
III. Esseri umani:	
Attività della potenza intellettuale: DE INTELLECTU ET INTELLIGIBILI	
	Piante e animali: ciclo vitale: TRATTATO DE AETATE SIVE DE IUVENTUTE ET SENECTUTE
	Piante e animali: ciclo vitale: COMMENTO A DE LONGITUDINE ET BREVI-TATE VITAE
	Animali perfetti: attività dei sensi interni (con l'aggiunta della potenza intellettuale nel caso dell'uomo) e della potenza appetitiva (movimento locale): COMMENTO A DE MOTU ANIMAL. (DE PRINC. MOTUS PROCESS.)